



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Regia Via Crvcis

Haeften, Benedictus van

Antverpiæ, 1635

Cap. XIII. Coniugatorum Crvcis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46093](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46093)

plura pro mundo tolerare sæculi martyres,
quàm multi pro Deo & æternâ salute. Sub-
ijciebat Staurophila: Cum Senecâ ergo iu-
re dixerim:

*Stet, quicumque volet, potens
Aule culmine lubrico:
Me dulcis saturet quies.*

Seneca in
Thyeste.

CAPVT XIII.

Coniugatorum CRVCES.

ONDVM omnes sæcularium
CRVCES, aiebat Christus, ex-
plicauimus: superest enim ma-
trimonij status, in quem, velut
densissimo imbri, mœrores,
anxietates, angores & CRVCES depluunt:
raturum enim fixumque manet, quod Apосто-
lus dixit: *Si acceperis uxorem, non peccasti;*
tribulationem tamen carnis habebunt huius-
modi. Quid hoc est, Domine, inquiebat
Staurophila? *Ego, rerum ignara, putabam nu-*
ptias saltem carnis habere letitiam. Si autem
nubentibus etiam in carne tribulatio est, in quâ
solâ videbantur habere delicias, quid ergo erit
reliquum, propter quod nubant, cum & in spi-
ritu, & in animâ, & in ipsâ carne tribulatio
sit? Ita est, respõdebat Christus, & quæ opti-
ma

i. Corinth.
7, 28.

Hieron.
lib. contra
Iouinian.

ma in matrimonio iudicantur, ea ipsa m
to sunt felle resperfa.

In bonis huius status numerant insolub
litate, vt quod *Deus coniunxit*, homo no
separet, sed compedes & vincula hoc mod
quoque bona censeantur: vinculum enim

1. Corinth. & ligatura est coniugium. vnde Paulus: *Ma*
7,39. *lier alligata est legi, quanto tempore vir eius*

Chrysof. *viuit. Et de viro: Alligatus es uxori? no*
lib. de Vir- *querere solutionem. Quemadmodum enim*
ginit. *serui fugitiui singuli separatim vincti à suis*

dominis, rursusq; teneti quadam catenâ inter
se constricti vniuersi, vt compedibus catenâ

utrimque affixis, alius alium sequi cogatur, li
beram non habet abeundi facultatem, sic coniu

gum animæ, cum propriam sui curam sustinent
tum alterâ etiam premuntur necessitate à com

munibus coniugij vinculis impositâ, quæ eni
gravius vrget omnibus vinculis: & hoc ipso

utroque libertatem aufert, quòd alteri ne se
mel quidem principatum defert, sed utriusque

distribuit. Quanta verò hæc seruitus? Seruus
enim, si quando paratâ pecuniâ pretium, quo

emptus est, persolvere potuerit, plerumque li
bertas conceditur; at vir, quamuis omnium

difficillimam naçtus sit uxorem, seruitutem
tamen perferre necesse habet: quippe qui nul

lam potest inire viam, quâ solutus eiusmodi
dominatu liberetur. Eadem vxoris conditio,

quæ

Ibidem
Chrysof.

quæ Dominum sibi cum dote cõemens virum, Basil. de Verã virginit.
 ancilla pro liberã efficitur, breuissimãq; volu-
 ptatis gratiã, naturali libertate se priuans, ia-
 nuam sibi ineffabiliũ dolorum, perpetuiq; mœ-
 roris, per huiusmodi connybium aperit.

Sed enim, inquiebat Staurophila, vt vin-
 cula hæc communia sunt, ita mutuò sese
 coniuges iuuant; onusq; in duos diuisum
 fertur leuius. Imò verò, inquiebat Christus,
 aggrauant inuicem iugum: nam que bonum Basil. loc. cit.
 blandumq; nacta est virum, perpetuo, ne moria-
 tur, metu viduitatis, incommoda cruciatusq;
 iam sustinet: duram quamdam & immitem cu-
 ram, & presente illo, & absente, propter inspe-
 ratos casus, animo indesinenter excipiens. Sin
 verò contrà duro & immiti fuerit coniuncta,
 tota quidem vita illi cruciatus est. Et cum pu-
 dicitia ratione neutrum queat eligere, id est,
 nec viri mortem, propter viduitatis angustias;
 nec vitam, ob molestiam incommodumq; conui-
 ctus; ancipiti atque ineuitabili malo acerri-
 misq; doloribus semper atteritur. Benignior,
 inquiebat Staurophila, virorum apparet
 fors, qui tantis non subiacent periculis. Haud
 multò melior, respondebat Christus, eorum
 status; quia vniuersã familiã curandã in se
 onus recipiunt. Si mihi, inquit quidam, tale Antiphon apud Sto- bæum Sermon. 68,
 corpus alterum, quale meum est, accederet, tan-
 tum negotiorum mihi exhibens pro sanitate

G

E

& victu in dies colligendo, & pro gloria
 temperantiâ, celebrisq; famæ, ac benè audien-
 gratiâ, non possem viuere. Quid igitur fieri
 si alterum quoquè tale corpus similiter
 procurandum esset? Itaque constat, quod
 et si viro charissima fuerit, non minus tamen
 facessat negotij circa amores aut dolores, quàm
 ipsemet sibi. Iam verò si muliebri attendere
 ingenium, quod plerumque morosum est
 & rara omnino auis, quæ huiusmodi non
 iuge hinc & ad totam vitam protensum
 dere erit tormentum. Melius est habitare
 terrâ desertâ, quàm cum muliere rixosâ & in-
 cundâ. Tecta perstillantia in die frigoris &
 tigrisosa mulier comparantur: qui retinet eam
 quasi qui ventum teneat, & oleum dextere
 vocet. Non est caput nequius super caput colubæ
 bri; non est ira super iram mulieris. Commo-
 ri leoni & draconi placebit, quàm habitare cum
 muliere nequam. Et hæc non de adulterâ
 meretrice, sed de legitimâ dicuntur vxore.
 Cum huiusmodi igitur vitam omnem die
 noctuque exigere, an non est in perpetuum
 spinis ac sentibus volutari? quibus tamen
 adeò arctè sis implicitus, vt excutere has
 rumnas solâ morte possis.

At non omnes, inquiebat Staurophisa, in
 malam incidunt vxorem: sunt enim & mi-
 tes, & benignæ, & taciturnæ. Si sint, respon-
 debat

Prou. 21,
 19.

Prou. 27,
 15.

Eccli. 25,
 22.

Id ostendit
 Hieron.
 lib. I. in
 Iouinian.

debat Christus, sunt admodum raræ. Salo-
 moni, qui mulierum greges habuit, hoc cre-
 de. *Inueni, ait, amariorem morte mulierem.* Eccle. 7,
Virum de mille vnum reperi, mulierem ex om-
nibus non inueni. quasi diceret, Vix inueni
 vnum virum bonum & rectum, mulierem
 autem ne vnâ quidem. At solatium ali-
 quod, aiebat Staurophila, habent in proli-
 bus, in quibus alteros velut se contemplan-
 tur, quos & tenerrimè diligunt, & magnâ
 voluptate, vt passim cernimus, educant. Imò
 ad malorum cumulum, aiebat Christus, ac-
 cedunt liberi: quot enim pignora, tot CRV-
 CES. *Partu edita est quæpiam femina: quòd*
natus non sit masculus, tetricum maritus vul-
tum gerit. Adiectus est masculus? partu edi-
tus est foetus, qui formosus non est. Eleganti
est formâ uterque? tamquam de pulchris acer-
hior cura incessit. Depulsi sunt à lacte? rursus
anxietas educationis succedit. Cùm sani fue-
rint, metus ne agrotent. Cùm agrotauerint,
formido ne moriantur. Cùm mortui fuerint,
metus ne deinceps prole carens, contemnatur.
Cùm mortui non fuerint, de viuentibus gra-
uior sollicitudo incumbit, vnde liberis ad insti-
tutionem sumptus suppeditabuntur; vnde con-
ingalis fæderis apparatus; vnde vestimento-
rum decor, vnde famulorum unicuique distri-
butio; quanam ex bonis maiori attribuet? quo

Chrysoft.
 Orat. de
 S. Theclâ.

100 REGIÆ VIÆ CRVCIS
pactō minoris inuidiam mitigabit? Ecquid iam
tibi videtur?

Gregor.
Nyssen.
lib. de Vir-
ginit. c. 3.

*Basil de
Verâ vir-
ginit.

Mirum profectō, aiebat Staurophila,
inde lacrymarum segetem meti parentibus
vnde baculum senectutis & mœroris expe-
ctabant leuamen. Ita est, reponēbat Chri-
stus, *dolorem enim liberi nati equè impo-
tant, ac non nati: & rursus tam viui, quam
mortui. Hic enim liberorum multitudine gaude-
det, cum non satis habeat vnde alat. Ille vero
herede caret facultatum suarum, in quibus ma-
ximè elaborauit. & quidem bona fortuna, ac-
terius calamitatem efficit, cum sibi uterque
euenire velit, quo alterum cruciari videt.*
huic mortuus est suauissimus puer, illi vero
vitâ est filius perditus: uterque sanè commi-
satione dignus: vnus quidem filij mortem, al-
ter verò vitam luget. * Et an non mater per-
namquamque nascentem prolem animo scien-
ditur, & presentibus tristibus nascitura curam
semper adicitur? Inde vbi iam filios edidit,
aut ad bonam illi frugem euaserunt; & ma-
iores ex illorum absentia dolores iugiter tolerat,
quàm parturiens tulerat; aut malos euasit
considerat, & maius ex eâ procreatione liber-
rum, quàm si permansisset sterilis, opprobrium
sustinet. Sæpè antequam prædicta experiat
incommoda, vna & sponsa & vidua efficitur,
ac sine liberis in viduitatem delapsa, nec vxo-
iam,

iam, nec virgo, nec mater est. Sic profectò omnibus, quæ putantur læta coniugii semel amissis, breuissimo voluptatis sensu irrecuperabilem virginitatis perdidit florem; coniugijq; tantum solummodo experta est, quantum illi satis esset ad agnoscenda viduitatis incommoda. Quod si relicta vidua pupillos enutriet filios, eius quem ex viri morte perceperat mæroris, iuge monumentum cernit, & semper in lacrymis, semper in gemitu, semper in sollicitudine educandorum degens, nullum præterito malo solatium inuenit. Prætereà & propinquis, & famulis, & filiorum curatoribus, ipsiq; postremò etiam filijs, ubi virilitatis annos attigerint, cunctisq; omnino se vexare volentibus ad prædam miserabiliter exposita, doloris luctusq; tragediam, vitam suam omnium ingeret oculis. Transeo breuitatis causâ illadem aliorum malorum, quæ in hunc statum, velut agmine facto, quotidie incurrunt.

Domine, aiebat Staphyphila, si sic viuatur, & in talibus vita spiritus eorum qui matrimonio iuncti sunt, profectò non expedit nubere: nam

Isa. 33, 16.

Matth. 19, 10.

*Quid est duorum vita longa coniugum
Præter iugum?*

Cui Christus: Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est. Beati autem qui seipsos castrauerunt propter regnum celorum.

Ibid. 11.

Nec imineritò CRUCE onustus filiabus I
 Luc. 23, 29 rufalem dixi: *Venient dies, in quibus dicentur*
Beata steriles, & ventres qui non genuerunt
& ubera quæ non lactauerunt. Verè, respon-
 dit Staurophila, terque quaterque beata
 Sap. 3, 13. *felix est sterilis, & incoinquinata, quæ nescit*
thorum in delicto, habebit fructum in resp-
ctione animarum sanctarum.

